

Et iuxta illud tempus milites illi honorabiles, qui fuerunt parochiani sancti Benedicti, viam universae carnis ingrediebantur. Sed filii eorum, inter quos erant duo milites, dominus Arnolphus^a de Rura et dominus Gerardus^b Stake^c, cum melioribus et potentioribus Trotmannis considerabant, quod ecclesia sancti Benedicti propter guerras non bene extra villas poneretur, quia timebant, quod adversarii de ecclesia castrum deberent construere et eos obsidere deberent^d. Ideo cum communi consilio et expressa voluntate ad dominum archiepiscopum Coloniensem et ad me Lambertum rectorem ibidem accesserunt petitionem istam porrigendo, quod esset cum consensu et voluntate domini archiepiscopi et praecipue mei, quod^e praenotatam ecclesiam destruere possent^f, et causas praeallegatas allegaverunt et eam ad tutiorem^g locum ut ad oppidum construere promiserunt.

Quibus auditis archiepiscopus suum consensum dedit, dummodo consensus meus libere accederet. Quod cum mihi^h indicaretur, quia de melioribus opidi fueruntⁱ etiam honeste et reverenter eam reaedicare cum omnibus pertinentiis promiserunt, quare contradicere non potui ac consensum episcopo dedi; quod cum episcopus audisset, locum, ad quem reaedicare vellent, requisivit. Dixeruntque, quod construere vellent capellam supra portam orientalem oppidi, quae tunc temporis iam incepta erat aedificanda per quendam virum venerabilem Thidemannum de Lymborg, qui iam capellam unam ante fecerat consecrari in honorem apostolorum Petri et Ioannis^l et principaliter Dei, cuius dedicatio celebratur crastino^k conversionis sancti Pauli^l. Et illam capellam dotavit, etiam provisum per eum erat, quia iugerum agri iam dederat et tres mensuras, et omni die dum vixit, sacerdos celebrans ibidem duos argenteos ab eo habuit. Et ibi super eandem portam iuxta eandem capellam² et altare dicto sancto Bene-

Ian. 26.

a) AD 'Arnoldus'. b) D 'Gerlacus'. c) In A 'Stecke' durchstrichen und 'Stake' tibergeschrieben. Auf 'Stake' folgt in ABC von derselben Hand in Klammern: 'dat sollen villicht greven van Dortmunde gewest sein genant van Stecke'. In AC dazu am Rande von späteren Händen die Bemerkung: 'falleris, nam comites Tremonienses fuerunt de familia Lindenhorstana, et ultima eius familiae nupsit Iohanni Steek equiti Markano, qui caussa uxoris nominabatur comes Tremoniensis obiitque ante uxorem ut infra patebit'. (Vgl. Frensdorff a. a. O. S. XXV f.) d) ABC 'debere'. e) ABC 'et'. f) ABC 'posset'. g) AB 'tutiorem'. h) 'mihi' fehlt in B. i) ABC 'fui'. k) 'erastino' fehlt in A. l) In ABC folgt: 'Et unus nomine Theodoricus de Limborg ritter et Murman nemlich Johan Murman vixerunt circiter annum domini 1366'.

1) Vgl. S. 524. 525 und 539. 2) Ueber die Johanneskapelle enthält die Chronik widersprechende Angaben. Während hier sowie S. 524. 525 und 539 die Kapelle als gleichfalls auf dem Ostenthor befindlich bezeichnet wird, heisst sie S. 530 richtig 'ecclesia sancti Ioannis extra muros civitatis ad leprosos'. Sie lag im Leprosenhaus (jetzt Funkenburg) nahe vor dem Ostenthor (Rübel, UB. I, N. 114 (a. 1263), 399 (a. 1322)). Der Irrthum ist vielleicht daher entstanden, dass beide Kapellen bis 1322